Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ecce iudas unus de duodecim
venit. et cum eo turba multa
cum gladijs et fustibus missi
a principibus sacerdotum et se
nioribus populi. Qui autem tradi
dit eum dedit illis signum dicens.
Quemcumque osculatus fuero ipse
est tenete eum. Et continuo accs
sus ad ihesum dixit. Ave rabbi.
Et osculatus est eum. Dixit illis
ihesus. Amice ad quid venisti.
Tunc accesserunt et manus im
iecerunt in ihesum. et tenuerunt eum.
Et ecce unus ex his qui erat
cum ihesu extendens manum exemit
gladium suum. et percutiens servum
principis sacerdotum amputa
vit auriculam eius. Tunc ait
illi ihs. Converte gladium
tuum in locum suum. Omnis enim q
acceperit gladium. gladio pe
ribit. An putas quia non possum
rogare patrem meum. et exhibe
bit mihi modo plus quam duo
decem legiones angelorum.
Quomodo ergo implebuntur
scripture. quia sic oportet fieri.
In illa hora dixit ihs turbis.
Tamquam ad latronem existis
cum gladijs et fustibus cōpre
hendere me. Cotidie apud
vos sedebam docens in templo.
et non me tenuistis. Hoc autem
totum factum est. ut impleantur
scripture prophetarum. Tunc dis
cipuli omnes relicto eo fugerunt.
At illi tenentes ihesum. duxerunt
ad caypham principem sacer
dotum. ubi scribe et seniores con
venerant. Petrus autem sequebatur
eum a longe. usque matrum pon
tifis sacerdotum. Et ingressus
intro sedebat cum ministris ut vi
deret finem. Principes autem sa
cerdotum et omne consilium quere
bant falsum testimonium contra ihesum.
ut eum morti traderent et non in
venerunt cum multi falsi testes
accessissent. Nouissime autem
venerunt duo falsi testes et dixe
runt. Hic dixit. Possum destruere
templum dei. et post triduum re
edificare illud. Et surgens pon
tifex sacerdotum ait illi. Nihil
respondes ad ea. que isti adversum te
testificant. Ihesus autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi.
Adiuro te per deum vivum ut dicas
nobis. si tu es christus filius dei.
Dicit illi ihs. Tu dixisti. Ve
rumtamen dico vobis amodo
videbitis filium hominis sedentem a
dextris virtutis dei. et venientem
in nubibus celi. Tunc princeps
sacerdotum scidit vestimenta sua
dicens. Blasphemauit. Quid
adhuc egemus testibus. Ecce
nunc audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur. At illi respondes
dixerunt. Reus est mortis. Tunc